Jahresbericht

über

das Königliche Domgymnasium zu Halberstadt

während des Schuljahres von Ostern 1846 bis dahin 1847

von dem

Director Dr. Theodor Schmid.

A. J.

Voran geht:

Aristoteles quid de Democriti et Platonis psychologiae principiis judicaverit,
exposuit H. Bode.

Halberstadt,
gedruckt bei Carl Heinrich Friedrich Dölle.

Aristoteles

quid

de Democriti et Platonis psychologiae principiis judicaverit,

exposuit

H. Bode.

Historiam psychologiae inde a non denominato initio usque ad celebratissimum Aristotelis nomen enarrarem, si quanto praestiterit omnes, qui idem susceperint, exponere vellem. Id ne faciam et hujus libelli praescriptis finibus vetitum est, et virium imbecillitate. Itaque ea tantum respiciam philosophi ipsius verba, ex quibus quid ipse de suis majoribus senserit appareat, intelligaturque, si efficere possum, non nimis aliena Aristotelem illis subdidisse. Quos quidem neque omnes enumeravit, neque eorum, quos exhibuit, totam disciplinam explicavit, neque tempore, quo vixerunt, distinxit, quum recensendis eorum sententiis id sibi comparare voluerit quo et notionem animae statueret et quam late pateret demonstraret: *ἐπιζητοῦμεν δὲ θεωρῆσαι καὶ γνῶναι τήν τε φύσιν καὶ τὴν οὐσίαν εἶθ᾽ ὅσα συμβέβηκε περὶ αὐτὴν, ὧν τὰ μὲν ἴδια πάθη τῆς ψυχῆς εἶναι δοκεῖ τὰ δὲ δι᾽ ἐκείνην καὶ τοῖς ζώοις ὑπάρχειν.* Jam Donatus Acciol. Aristotelis rationem philosophandi his fere verbis describit. Aristotelem „primum proponere rem, de qua dicturus sit, deinde afferre, quid de eadem senserint alii philosophi, et in eo, quod male dixerint, ipsos refellere; deinde afferre sententiam suam, quasi elucentem inter aliorum errores, definiendo rem, quam proposuit communiter et proprie, deinde confirmare sententiam suam, et accommodare dicta aliorum, in eo, quod bene dixerint, demum afferre rationes ad declaranda ea, quae sunt posita in definitione, quae indigent declaratione,“ cf. Phys. I. Eth. Nic. I, 4. Anal. post. I, 10; de part. I, 1. Hist. anim. I, 6. Met. II, 1. et saepius. Est autem animae notio ejusmodi, ut forma et indoles inter se disjungi non possint, ut altera, ut sit, poscat alteram: corpus, ut animatum sit. animam (nam corpus exanimatum non corpus, sed cadaver dicimus) ani-

mus corpus, ut una cum eo ad summum vitae tanquam florem accrescat, usque dum, sejunctus ab illo, immortalitati pro suo modo tradatur. Plantae e. c. et animalia ratione et mente non praedita Aristoteli genere tantum videntur immortalia, ἵνα τοῦ ἀεὶ καὶ τοῦ θείου μετέχωσι ᾗ δύναται. In utramque autem partem peccaverunt ii, qui ante Aristotelem vixerunt psychologi. Aut enim nimis alte repetiverunt animae rationem, ut fines animantium transgressi, eam inanimis etiam obtruderent (ordo I. et II.) aut nimis arcte in humano solo collocarent (ordo III.). Itaque illis accidit, ut neque animae originem et exitum, neque ejus munera, tum corpori communia, tum ab illo secreta explicare possent. Sed quum cogitandi ratio eadem esse debeat atque existendi ita ut recte cogitaverimus si rei cogitatae lex eadem erit cogitantis ratio [1]): exquirenda est ea animae definitio, qua et ipsius animae natura intelligatur et quantum animae amplitudo quasi gradibus inter se et differat et illi a se nexi sint, cognoscatur (cf. de anima II c. 2 et c. 3. Plato Tim. 77 B, Rep. IV, 441 B). Itaque juvat, Aristoteli jam c. I animam videri οἷον ἀρχὴ τῶν ζώων, cujus naturam et substantiam et ea, quae ad eam accedant, tum proprios affectus, tum eos qui propter illum animantibus etiam conveniant, se justa methodo [2]) inquisiturum esse pollicetur. Libro II c. 1 animae definitionem accuratius exponit, διό, inquit, ψυχή ἐστιν ἐντελέχεια ἡ πρώτη σώματος φυσικοῦ δυνάμει ζωὴν ἔχοντος, cf. Met. VII 11. de part. anim. 11. de anima II, 4. Alienum est a nostro proposito, haec singula verba commentatione nostra explicare, quum ad ea, quae virorum doctissimorum ii, qui nobis nunc manu sunt, novi quidquam addere non possimus. cf. inprimis Trendelenb. ad de anim. II, 1. p. 295. 298. 300. 302. 307. eundem elem. log. §. 4. Biese, l. l. I, p. 479. II, p. 129. 207 seqq. 214 seqq. Zeller, l. l. II, p. 486. Müller, l. l. p. 84. Ritter, l. l. III, p. 161. Waitz l. l.

Primum agitur de differentia, quam intercedere putabant veteres psychologi inter animata et inanima duplicem, motu et sensu (τὸ ἔμψυχον δὴ τοῦ ἀψύχου δυοῖν μάλιστα διαφέρειν δοκεῖ, κινήσει καὶ τῷ αἰσθάνεσθαι) dijudicatis deinde illorum disciplinis, ὁρίζονται, inquit, δὲ πάντες τὴν ψυχὴν τρισὶν ὡς εἰπεῖν, κινήσει, αἰσθήσει, τῷ ἀσωμάτῳ. Sit, ut Trendelenburgius putat, illud ἀσώματον non ab omni corpore avocatum illud Democriti

---

[1]) Medius conclusionis terminus rationem continet concludendi et causam existendi cf. Trendelenb. d. log. §. 14 et 58. Biese, d. Philos. des Arist. I. l. p. 131. Zeller, d. Philos. d. Griech. I. II p 383 cf. 272. Müller, d. Princip u. d. Methode des Ar. Th. I p. 107. Ritter, Gesch. der Phil. I. III, p. 160. Waitz. Arist. Organon I. II.

[2]) Namque alia est investigandi ratio physici, alia mathematici: hic ἐντελεχείας notionem non curat, quae illi maximi momenti est, cf. Met. III, 2 et Ret. I, 6, potissimumque exquirendum περὶ ἅπανθ' ὅσα τοῦ τοιουδὶ σώματος καὶ τῆς τοιαύτης ὕλης ἔργα καὶ πάθη ὁπόσα δὲ μὴ ᾗ τοιαῦτα ἄλλος — τῶν δὲ μὴ χωριστῶν μέν, ᾗ δὲ μὴ τοιούτου σώματος πάθη καὶ ἐξ ἀφαιρέσεως ὁ μαθηματικός etc. cf. de part. an. I, 1 et saepius; alia denique dialectici (cf. Trendelenburg. ad de anim. p. 207.) atque primi philosophi.

ἄτομον, praesertim quum Aristotelis ipsius verbis c. 5 §. 4 confirmetur, τριῶν δὲ τρόπων παραδεδομένων καθ' οὓς ὁρίζονται τὴν ψυχὴν οἱ μὲν τὸ κινητικώτατον ἀπεφήναντο τῷ κινεῖν ἑαυτό, οἱ δὲ σῶμα τὸ λεπτομερέστατον ἢ τὸ ἀσωματώτατον τῶν ἄλλων — ἵν' αἰσθάνηταί τε τῶν ὄντων καὶ ἕκαστον γνωρίζῃ: tamen, extremis his verbis fretus negantem illius nominis significationem pace illius viri dixerim affirmantem τὸ γνωριστικόν, quod duabus animatorum et inanimorum discriminibus addiderim tertium. Omnium autem veterum psychologorum intererat, hanc triplicem vim animae aut singulam aut communem tribuere et quam inter se et mutuam et secretam exerceant potestatem, demonstrare, ut res, quae sibi maxime opposıtas viderentur, sicut unum et multa, materies et mens; forma et indoles, quantum possent inter se conciliarent atque conformarent. Quod quomodo effecerint aut perverse susceperint, Aristotele duce videamus.

Ordinis primi, qui motu maxime animata ab inanimis secernerent, agit primariam partem c. Leucippo Democritus[3]) philosophus, inter aequales non minus conspicuus quam Aristoteles inter suos, quum doctrina tum ingenii sagacitate et disciplinae constantia.

Animae cognitio quum in omnium omnino corporum origine cognoscenda nitatur: quaerendum nobis est, quodnam omnium rerum initium Democritus et Leucippus excogitaverint unde et corporis membra tamquam animi instrumenta explicaverint et animi facultates ab infimo vestigio ad summum traduxerint fastigium ad νοεῖν et φρονεῖν. Hi extremi fines et termini sunt, inter quos cursus noster est faciendus.

Ex atomorum disciplina, quum satis nota sit, id unum tantum exhibebo, Aristotelem eorum differentiam, quae est inter δὲν et μηδέν, quaeque cernitur in eorum forma (ῥυσμός) ordine (διαθιγή) et situ (τροπή). Met. I, 4 et Phys. I, 5 actu tantum statuere. potentia delere. cf. Met. XII, 2. ὁμοῦ πάντα δυνάμει, ἐνεργείᾳ δ' οὔ· et de coelo I, 7. τήν τε φύσιν φασὶν αὐτῶν εἶναι μίαν. Motum generalem, quem ad procreandas omnes res effecit Democritus (cf. Mullach. l. l. p. 384.) ex inani et vacuo, ut vult, (Phys. IV, 6) fieri non posse, Aristoteles de gen. et corr. I, 8, de gener. anim. II, 6, de coelo III,

---

[3]) Addendi sunt ad eos, quos Marbachius „Lehrb. der Gesch. der Ph. 1. I p. 86, enumerat auctores, si quidem omnes vidi, qui de Democrito scripserunt: Brandis rh. M. III, 132. Ph. d. Gr. u. R. I, 294, 301. Hermann, Gesch. u. Syst. der plat. Ph. I, 152 seq. A. H. C. Geffers „Quaestiones Democriteae. Gött. 1829. Mullach. „Qu. Dem. Berol. 1842. idem: Democriti operum fragmenta coll. recens. vert explic. ac de phil. vita, scriptis et placitis commentatus est. Berol. 1843. F. W. Burchard, Fragmente der Moral des D. Mind. 1834. Marbachii sententia, Leucippum, Democriti sodalem (Metaph. I, 4) semper Democriti nomini proponi, refutatur, si quem delectat, locis Aristotelicis Phys. IV, 6 καθάπερ λέγουσι Δημόκριτος καὶ Λεύκιππος et item de gener. et corr. I, c. 2. ὅδῳ δὲ μάλιστα καὶ περὶ πάντων. seqq. cf. ibid. c. 8. Contra Ritteri sententiam malevolam disputaverunt praeter Marbachium et Brandisium, Zeller, l. l. p. 196 seqq.

2, demonstrat; neque peculiarem, quem in atomorum forma posuit Abderites probat Stagirites de coelo IV, 6; Met. I, 7. quum forma corporis motum accelerare quidem aut retardare posset, haud vero efficere. Atque ut motus origo ita ejus genus ad res constituendas non sufficit. Omni enim qualitate sublata, quantitas (sit venia his verbis) solum relinquitur (cf. de coelo III, 4. Ποῖον δὲ καὶ τί ἑκάστου τὸ σχῆμα τῶν στοιχείων, οὐδὲν ἐπιδιώρισαν, ἀλλὰ μόνον τῷ πυρὶ τὴν σφαῖραν ἀπέδωκαν. cf. Stob. I, p. 56. Δημόκριτος νοῦν τὸν θεὸν ἐν πυρὶ σφαιροειδεῖ (ἀπεφήνατο. cf. Trendelenburgium ad de an. p. 212. Krische, Forschungen auf dem Gebiete der a. Ph. p. 157.) rerumque mutatio nihil est, nisi partium ea conjunctio, quam τὸ ποσόν patitur, ut aut infra et supra, aut extra et intra et augeatur et diminuatur. Ita γένεσις fit σύγκρισις; φθορά διάκρισις; ἀλλοίωσις (cf. Met. VII, 2.) παράθεσις (de gen. et int. I, 2.) Motus igitur quum rebus non sit immanens, sed extrinsecus addatur, neque in rerum affectiones vim ullam exerceat ut ἀλλοίωσις efficiatur, corpuscula illa infinita, indivisa, et si corpus animatum respicimus, ignea, tantum abest ut in corpus, animi instrumentum transmutentur, ut ad numerum quendam aggregentur (τρόπον γάρ τινα καὶ οὗτοι πάντα τὰ ὄντα ποιοῦσιν ἀριθμοὺς καὶ ἐξ ἀριθμῶν· καὶ γὰρ εἰ μὴ σαφῶς δηλοῦσιν, ὅμως τοῦτο βούλονται λέγειν) qui impetum aliorum ramentorum aut sustinet aut repellit aut eorum copia opprimitur. Nascitur igitur corpus, nescio qua fortuita atomorum congressione et circuitu, nec crescit ex intima sua natura ad generis sui propriam magnitudinem atque formam, sed numerus corpusculorum corpus efficientium aut aliorum fortuito accessu minuitur usque dum evanescat aut ad quamlibet amplitudinem potest augeri. Differentia igitur quae inter ipsa animata corpora est, nulla certe est nisi numeri differentia ramentorum. Itaque nimis late Democritus animae fines extendit, cf. de an. I, 2, §. 5 et 12. Met. IV, 5. Theophrast. de sensu §. 58. Plut. Plac. IV, 4. Ut Democritus in iis rebus, quae ad naturam pertinent principium illud similia ex similibus fieri sibi constanter persecutus est, ita in iis, quibus animae facultates se praebent. Vita ipsa secundum hanc disciplinam pugna quaedam est corpusculorum et intrantium et evolantium respiratione commissa et sustentata. (de an. I, 2 §. 3. 12. de resp. I, c. 4. de spir. c. 3. Plut. plac. IV, 3. Stob. I, p. 796. Cic. Tusc. I, 11 et 18.) Animus, ut brevi dicamus, est corpus quoddam eo corpore in quo inest, subtilius. Atqui quemadmodum sentit et cogitat et agit? tactu sentit et inter sensum et mentem discrimen est nullum (de an. I, 3.) Describit quidem Democritus videndi et audiendi rationem accuratius (cf. Mullach. l. III et p. 412) sed ita ut cum Aristotele respondeamus, in animo lapidem (si quem cognovimus) non inesse. Omitto εἴδωλα ea quae εὔλογχα dixit, atque si quidem cognitionem σκοτίην et γνωσίην distinxerit (Sext. Emp. adv. Mathem. VII, 136—38), hujus discriminis quanta erit differentia. cf. Ar. M. III (IV) c. 5. Διὸ Δημόκριτός γέ φησιν, ἤτοι οὐθὲν εἶναι ἀληθὲς ἢ ἡμῖν γ' ἄδηλον. Quid de proposito dixerit equidem nescio sed pro certo ab omnibus viris doctis habetur disciplinam ejus, quam moralem dicimus cum animi notione nihil commune habere. Summum ei bonum videtur ἀθαμβία et ἀταραξία Diog. L. IX, 45. Stob. II, p. 75, Cic. de fin. V, 29. 87. quas quomodo assequamur neque edocet neque cur illae summum bonum sint philosophandi invenit ratione sed experientia.

De philosophia maxime sunt meriti Democritus et Leucippus quod motus notionem sagacissime in ejus usum vertebant, sed quum id motus genus quod κατὰ τὸ ποσὸν suo loco est eo transtulerunt ubi aliae leges vigent vehementer a veritate aberraverunt judice Aristotele: Διό, inquit, καὶ Λευκίππῳ καὶ Δημοκρίτῳ τοῖς λέγουσιν ἀεὶ κινεῖσθαι τὰ πρῶτα σώματα ἐν τῷ κενῷ καὶ τῷ ἀπείρῳ λεκτέον τίνα κίνησιν καὶ τίς ἡ κατὰ φύσιν αὐτῶν κίνησις; de coelo III, 2. et ibid. c. 8. neutrum eorum cum discipulis explicare potuisse τίς ὁ τρόπος τῆς ἐξ ἀλλήλων γενέσεως; non extra sed intra se habent corpora animata quo crescant, de gener. II, c. 4. Διόπερ ὅσοι λέγουσιν ὥσπερ Δημόκριτος τὰ ἔξω πρῶτον διακρίνεσθαι τῶν ζώων, ὕστερον δὲ τὰ ἐντὸς οὐκ ὀρθῶς λέγουσιν ὥσπερ ξυλίνων ἢ λιθίνων ζώων. Τὰ μὲν γὰρ τοιαῦτα οὐκ ἔχει ἀρχὴν ὅλως τὰ δὲ ζῶα ἔχει πάντα καὶ ἐντὸς ἔχει. de resp. 1. Δ. δ' ὅτι μὲν ἐκ τῆς ἀναπνοῆς συμβαίνει τι τοῖς ἀναπνέουσι λέγει, φάσκων κωλύειν ἐκθλίβεσθαι τὴν ψυχὴν οὐ μέντοι ὡς τοῦγε ἕνεκα ποιήσασιν τοῦ τὸ τὴν φύσιν, οὐθέν. cf. Met. I, 4. de resp. c. 4, de gen. an. V, 8. de an. I, 3 seqq.

Quod quamquam vitium est, tamen non unius Democriti, sed aequalium omnium, ὅτι τὸ τί ἦν εἶναι καὶ τὸ ὁρίσασθαι τὴν οὐσίαν οὐκ ἦν et Aristoteles ipse saepius magna laude afficit philosophum nostrum qui omnia ἐκ λόγου τε καὶ ὑπ' ἀνάγκης esse profecta demonstrare voluit. Quem finem, etsi disciplina sua assequi non potuit, tamen rerum ipsa coactus ad eum accessit, cf. de part. anim. I, 1. ἀλλ' ἥψατο μὲν Δημόκριτος πρῶτος ὡς οὐκ ἀναγκαίου δὲ τῇ θεωρίᾳ ἀλλ' ἐκφερόμενος ὑπ' αὐτοῦ τοῦ πράγματος et Phys. I. 5. Ἐπὶ μικρὸν γάρ τι μέρος Ἐμπεδοκλῆς καὶ Δημόκριτος τοῦ εἴδους καὶ τοῦ τί ἦν εἶναι ἥψαντο.

Jam eo pervenimus ut lectorem benevolum veniam potius rogare debeamus quam reliquorum scriptorum offerre disciplinas, quas Aristoteles in primo suo de anima libro exposuit. Quod enim consilium ille philosophus in triplici illo ordine psychologorum constituendo persecutus sit, quo vinculo illi inter se cohaereant, cur Platonem et in primo et in tertio ordine posuerit et cur veteres psychologos in enumerando redegerit in aliorum ordinem atque in dijudicando pro viribus meis, quas quidem exiguas scio descripseram quum nuntium accepi, libellum meum aerario nostro nimiam impensam esse impositurum. Itaque Platonem exhibebo, sperans fore ut infirma mea vox inter gravissimas*) non nimis sit molesta. Si verum est, quod supra jam affirmavimus, animum non posse intelligi, nisi materie percepta, motu et cogitatione: quaerendum est quaenam isti sint Platoni et num recte Aristoteles ea et tradiderit et dijudicaverit. Duabus autem locis de hac re agit. Philebo p. 23 C. ff. et Timaeo p. 48 E.

*) Locum de anima I, 2, 7. respexerunt inter alios Brandis de perd. Ar. libris de ideis, et de bono sive philos. p. 48. Trendelenburg Pl. de id. et num. doct. ex Ar. ill. p. 85 et de an. p. 222 seq. Weisse in ann. ad de animo p. 272. 437. Stallbaum prolegg. ad Plat. Parm. p. 280. Zeller in stud. pl. p. 227. 271. hist. phil. I. II saep. Bonitz disp. Plat. duae p. 80 seq. quem Hermannus l. l. adn. 367 jam a se convictum putat. Brandis hist. ph. I. II, p. 274. 277. 319. seqq.

ff. et assentiente Aristotele Met. I, 6. Phys. IV, 2. III, 4. 6. Met. I, 9. Platoni visa est materies τὸ ἄπειρον, quod una cum finito et eo, quod ex utroque mixtum est, et hujus mixtionis causa rerum omnium ordinem et numerum amplectitur. Cujus indefiniti natura est ejusmodi ut et major et minor et nimia esse possit, ipsum quidem sine ulla definita atque expressa forma, sed capax cujusque: est illud, unde res omnes, quae sensibus capiuntur et eveniunt et quo recedunt, et quod neque recta cogitatione, ut ideae neque hominum opinione ut res sensibiles, sed spuria quadam notione λογισμῷ τινὶ νόθῳ) percipitur. Tim. 52 ed. Becker p. 298 τρίτον δ' αὖ γένος ὂν τὸ τῆς χώρας ἀεὶ φθορὰν οὐ προσδεχόμενον, ἕδραν δὲ παρέχον ὅσα ἔχει γένεσιν πᾶσαν, αὐτὸ δὲ μετ' ἀναισθησίας ἁπτὸν λογισμῷ τινὶ νόθῳ μόγις πιστόν seqq. Non est in perpetuum idem, sed fit semper aliud, est spatium cf. Zellerum l. l. t. II, p. 226. Et in hoc quidem obscuro et vacuo spatio in lucem non prorsus integra idea prodit, rebus sensibilibus, ut videtur, divisa, re ipsa una eademque de Rep. VII, 514. V, 476 A. Phileb. 15 B. A. et saepius. Sunt igitur res, quae sensibus percipiuntur Platoni eatenus tantum, quatenus unius ideae sunt participes. Est quidem multitudo idearum sed talis, ut familiaritate quadam inter se sint connexae et a se aptae et differentia, quae inter eos intercedit, tollatur. Rerum autem sensibilium differentia repetitur ab ea parte, quam ideae habent; inest in ipsis sibi contrarium, in ideis sibi familiare et aequum. Unde autem motus et idearum et rerum? Etenim Deus clementissimus, invidia liber mundum creavit, molemque indigestam et incerto motu agitatam in ordinem redegit. Tim. 29 D. seqq. Jam igitur invenit et materiem et motum. Docet quidem Plato necessitate quadam res in ordinem esse coactas, sed unde ista necessitas orta sit, nos certiores non facit. Tim. 47 E. 46 D. 56 C. 68 D. Restat tertium illud ut de cogitandi ratione pauca dicamus. Est autem haec res ejusmodi ut non solum quam psychologia Platonica et cum omni summi auctoris naturae cognitione et cum humano cogitandi genere habeat rationem edoceamur; sed animus etiam noster efferatur sublimi illa sententia summo bono cum summo pulchro et vero intimam esse conjunctionem et familiaritatem. θέμις δέ, inquit, οὔτ' ἦν οὔτ' ἔστιν τῷ ἀρίστῳ δρᾷν ἄλλο πλὴν τὸ κάλλιστον· λογισάμενος οὖν εὕρισκεν ἐκ τῶν κατὰ φύσιν ὁρατῶν οὐδὲν ἀνόητον τοῦ νοῦν ἔχοντος ὅλον ὅλου κάλλιον ἔσεσθαί ποτ' ἔργον etc. Tim. p. 258. Quid multa? Est Platoni jam corpus coeleste, anima autem ipsa divina. Καὶ τὸ μὲν σῶμα, inquit, ὁρατὸν οὐρανοῦ γέγονεν αὐτὴ δὲ ἀόρατος μὲν λογισμοῦ δὲ μετέχουσα καὶ ἁρμονίας ψυχὴ τῶν νοητῶν ἀεί τε ὄντων ὑπὸ τοῦ ἀρίστου ἀρίστη γενομένη τῶν γεννηθέντων. Libenter, si quid juvat, concedimus elatiorem de animi natura notionem percepisse philosophorum neminem; sed confitendum est ex altera parte pulchrius, quam verius animi originem esse descriptum cf. Timaeus p. 264 et 265. Ex indivisa enim materie, quae sibi semper constat, et altera divisa tertiam quandam conformabat, mediam inter utramque, et has quidem tres in unam substantiam commiscuit et pro ratione harmonici systematis divisit. Sectando deinde in longitudinem duo effecit orbes, quorum alterum stellis errantibus proprium secundum illorum numerum iterum divisit: alterum stellis inerrantibus addictum iterum non digessit, et hic quidem natura ταὐτοῦ ille θατέρου commovebatur. Mundi igitur animus re-

rum motum atque ordinem efficit et quum duplex illud et ταὐτὸν et θάτερον amplectatur et modi et numeri cujusque ipse est ratio et modus cf. Trendelenb. l. l. p. 95. Brandis. gr. et rom. phil. II, a 366. Boeckh. in st. Daub. et Creuzeri III, 33 seqq. Zell. p. 248. Herm. p. 535 seqq. Eandem autem vim Plato in Philebo 25 A. tribuit finito, quod cum infinito commiscendo res gignit eas, quae sub sensus cadunt et tantum abest ut Aristoteles ab hac sententia discedat, ut confirmet Phys. I, 7. III, 6. de coelo III, 8. Met. I, 6. VII, 2. Sed duplex est Platonicae sententiae ratio, altera mathemacia, altera psychologica, quarum brevi ut dicam, Aristoteles illam quidem recte percepit, hanc nobis neque integram tradidit, nec juste dijudicavit. Namque animum se ipsum esse moventem et initium motus atque principium Plato in Phaedro docuit p. 245 C. p. 247. cf. Men. 86 A. Phaed. 106 D. nec solum corporis harmoniam Phaedo 92 E, 93 A. approbante Aristotele de an. I, 3. sed quam ei subdidit animae originem de an. I, 2, 7; neque in Timaeo legitur p. 36 e — 37 c, neque p. 45, quos locos viri doctissimi citaverunt; quamquam quum qui sint illi libri περὶ φιλοσοφίας Aristotelis nesciamus certi aliquid proferri non possit. Injuriam autem fecit Aristoteles Platoni, quod de animo I, 3. eum loquentem facit, mentem humanam eandem esse atque animum mundanum, quem ille in Timaeo distinctis verbis ab illo secernit; quin etiam corpus, animi organon (ut oppositam partem suscipiamus) ejusque partes diserte describit Plato (Tim. p. 73) et Aristoteles tamen de gen. et corr. I, 2. Πλάτων μὲν οὖν, inquit, μόνον περὶ γενέσεως ἐσκέψατο καὶ φθορᾶς, ὅπως ὑπάρχειν τοῖς πράγμασι καὶ περὶ γενέσεως οὐ πάσης, ἀλλὰ τῆς τῶν στοιχείων· πῶς δὲ σάρκες ἢ ὀστᾶ ἢ τῶν ἄλλων τι τοιούτων οὐδέν. Huc accedit, quod quam rationem habeant animi vires et membrorum constructio, illorum sedes ad reipublicae ordines constituendos, in quibus τὸ ἠθικόν cernitur (de Rep. p. 435 B. IX, p. 591 E.) Aristoteles, quantum meminimus in scriptis psychologicis, ne verbo quidem fecit mentionem. Dissolvit igitur Aristoteles tenerum illud Platonis vinculum, quo animum humanum μικρόκοσμον τοῦ μακροκόσμου et propterea quidem quod quomodo cogitatio fiat Plato non philosophorum sed poëtarum modo effecit. (Tim. 36 seqq. Phileb. 30 A. Tim. 30 C.) Plurimi quidem facit Plato causam rei ipsi immanentem (Phaedo p. 96 seqq.), sed Aristoteli soli contigit ut huic notioni eam tribueret vim, quam Plato voluit. Hujus enim cogitandi ratio est rei cogitandae tactus, illius, rei ipsius perceptio, Plato veritatis nos facit participes, Aristoteles possessores ὁ δὲ νοῦς εἷς καὶ συνεχής ὥσπερ καὶ ἡ νόησις ἡ δὲ νόησις τὰ νοήματα de an. I, 3. et τὸ γὰρ μετέχειν οὐδὲν cf. Ritter l. l. II, p. 7. Tam arcte quidem Plato adstrixit animam ad vitae ideam, ut mortem ipsam ab ea repelleret Phaedo 105 C. 106 D. cf. 102 seqq., sed vita affinitate solum cum idea consociata est, quum ideae et motus et vita addicantur Soph. 248 E. Rep. 80 B. Animi autem cum corpore conjunctio animo ipsi tam aliena est, ut depravatis moribus humana anima bestiali corpori possit informari (cf. Tim. 90 E, 42 A, 69 C, 72 D. Polit. 309. Aristoteles de an. III, 9. M. Mor. I, 1. Rep. X, 613) et ut summa felicitas animo non sit, nisi corpore liberato cf. Phaedo p. 80. 109. 113. Gorgias 523. Corpus igitur et quominus summa felicitate gaudeat animus impedit, et quominus recte cognoscat cf. Phaedo 66 B. 76 D. de

Rep. X, 611 B. 621 A. Tim. 44 A. 42 B. Animus ipse in duas partes est divisa, alteram rationis compotem, alteram expertem (Rep. IV, 439 E. Phaedr. 246 B. 253 D.) et haec iterum est bipartita, aut ὁ θυμός (τὸ θυμοειδές) aut τὸ ἐπιθυμητικόν (φιλοχρήματον) Tim. 69 D. ita ut tres omnino animi immortalis sint partes, quarum suum quaeque habet organon λογιστικόν caput, θυμός pectus, imprimis cor, τὸ ἐπιθυμητικόν alvum. Quae quidem partes ambitum etiam animarum efficiunt (Tim. 77 B.) et ut in homine omnes sunt consociatae, ita in bestiis singulae. Plantae enim infimam animae partem habent, bestiae praeter hanc τὸ θυμοειδὲς, homines praeterea τὸ λογιστικόν cf. de Rep. IX, 582. In ipso humano genere vel haec vel illa pars ceteris praevalet et in Graecis quidem τὸ λογιστικόν, in Phoenicibus τὸ φιλοχρήματον in australem regionem habitantibus τὸ θυμοειδές.

Kurzer Jahresbericht
über
das Königliche Domgymnasium von Ostern 1846 bis Ostern 1847.

A. Allgemeine Lehrverfassung.

Da in dem verflossenen Schuljahre in der Lehrverfassung und den abgehandelten Lehrpensen wiederum keine wesentlichen Veränderungen vorgekommen sind, so darf um Geld zu ersparen, welches bei der jährlich wachsenden Zahl der Behufs des Programmen-Tausches zu versendenden Exemplare ohnehin nicht ausreichen will, die Uebersicht der in den einzelnen Klassen abgehandelten Gegenstände hinweggelassen werden. Uebrigens hat die Schule festgehalten an dem seit einer Reihe von Jahren befolgten und in dem Programme von 1842 besprochenen Grundsatze, bei Vertheilung der Lectionen nicht durch Häufung zu vieler Lehrobjecte auf einen Tag die Kraft und die Aufmerksamkeit der Schüler in der Schule und zu Hause zu zersplittern und zu schwächen und ihren Geist durch die Verschiedenheit des Vorgetragenen zu verwirren, indem für einen Gegenstand, zumal in den oberen Klassen, meist zwei Stunden hinter einander verwandt und die einzelnen Lehrobjecte möglichst nach einander und nicht neben einander behandelt werden. Namentlich hat es sich als vortrefflich bewährt, den lateinischen Sprachunterricht in die eine, den griechischen in die andere Hälfte der Woche zu legen, und zwar so, daß stets zwei oder drei Lectüre-Stunden unmittelbar nach einander folgen, und zu gleicher Zeit immer nur ein Schriftsteller gelesen wird, in dem einem Vierteljahre der Prosaiker, in dem andern der Dichter. Durch diese Einrichtung wird viel Zeit erspart, ein tieferes Eindringen in den Geist und Charakter des Schriftstellers gefördert, und ein leichteres Erfassen eines Ganzen so wie der künstlerischen Composition einer Schrift herbeigeführt; vor allen Dingen aber dem Schüler die Vorbereitung erleichtert und fruchtbar gemacht, da er nicht nöthig hat, von Einem zum Andern abzuspringen, sich vielmehr gewöhnt, mit einem Gegenstande anhaltender und deßhalb eindringender sich zu beschäftigen. Die gegen ein solches Zusammenlegen gleichartiger Stunden gemachten Einwendungen können nach den hiesigen Erfahrungen nur von solchen erhoben werden, die eben keine Erfahrung hierin haben. Nur hinsichtlich der Mathematik scheint richtig bemerkt zu sein, daß die Schüler der unteren Klassen in zwei auf einander folgenden mathematischen Lectionen am Ende der zweiten Stunde schlaff werden, schwer selbst das Gegebene auffassen, noch weniger productiv sich zeigen; weßhalb die mathematischen Lectionen beim hiesigen Gymnasium nicht zusammen liegen, obwohl auch nicht zu weit von einander getrennt sind. Ueberhaupt darf diese Concentration des Lehrstoffes aus Gründen, die am Tage liegen, nicht übertrieben werden.

Auf keinen Fall trifft aber die hiesige Anstalt der von Mr. Jahn in den neuen Jahrbüchern für Philologie und Pädagogik (Band 44, Heft 5. 1845. S. 473 ff.) den Gymnasien gemachte Vorwurf der bunten Lehrpläne, aus denen derselbe gewiß nicht ganz mit Unrecht, obwohl zu einseitig, so viele Fehler der jetzigen Gymnasialjugend herleitet. Denn wenn auch Lehrpläne, wie sie dort geschildert werden, wie sie sich aber auf preußischen Gymnasien nach der Ministerialverfügung vom 24. October 1837 nicht mehr finden sollten, ohne Zweifel einen nachtheiligen Einfluß üben müssen: so läßt sich doch, wo die gerügten Fehler der Schlaffheit, Arbeitsscheu, vorlauten Suffisance, banausischen Richtung auf das Allernothwendigste bei den Schülern sich zeigen, gewöhnlich als Grund die häusliche Erziehung nachweisen, die, von dem Geiste der Zeit durchdrungen, mit der Schule oft in dem grellsten Widerspruche steht.

Die **Themata**, welche in dem verflossenen Schuljahre in den vier oberen Klassen zur Bearbeitung aufgegeben worden, sind: